



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. I. De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi confessarios
sollicitantes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

Dicendum existimo excusari eum, non so-
lum, qui bona fide à se ipso combureret, sed
etiam metu panæ, aut quia ipse librum com-
pulerit, aut quia sine facultate legerit, vel
retinuerit, à se ipso combureret. Nam alias,
& hinc legis habetur, quod scilicet liber sup-
primatur, & ad simplicem actum obedientia
non videtur cum tanto discrimine iste obli-
gandus.

478 Sed citè id non probat Diana cit. his
verbis.

Sed ego non video, quare legens hereticum
librum absque facultate possit illum combure-
re, & non potius Confessario præbere, ut illum
detrahat Inquisitoribus: & sic observabit Con-
stitutiones Pontificum absque periculo, & di-
scrimine suo.

479 Adde, hunc censeri spontè compa-
ntem. Hinc Julius III. n. 308. relatus, non
consignantes ibi expressos, ex retentione,
quam supponit, non præcipit, ut punian-
tur, sed illis indulget, ut facta consignatione,
absque aliqua abjuratone à censuris & pœ-
nis ex retentione incurris, eo ipso in utroque
sæculo sint absoluti.

480 Melius Leander cit. assignat.

Cum enim Domini Inquisitores, quando
liber hereticus illis defertur, interrogent de-
ferentem, unde illum habuerit, an illo usus
fuerit, &c. hinc est, quòd aliquando possit
contingere, grave aliquod damnum deferentis
evenire.

481 Illud mihi verum, quòd non potens
librum heretici Inquisitori deferre, vel
quia ei opportunitas deest, vel quia aliqua
rationabilis causa id non permittit, & inde
fit astrictus librum diu apud se retinere, ul-
quequòd opportunitas suppetat; tunc potest
illum propria autoritate comburere; quia
ex una parte ad impossibile nemo tenetur:
v. num. 190. & ex alia melius facit quis com-
burendo, quàm serpentem pulchrum visu,
sed re pestiferum, apud se, cum sit, aut
aliorum periculo retinendo: sola curiositas
humanæ conditioni novitatis amicæ con-
naturalis sufficientes dabit saltem ad legen-
dum impulsus. Cujus autem fortitudinis se
jactabit luteum figmentum, ut in occasione
labendi diu permaneat, ne frangatur, secu-
rum. v. num. 365.

P A R S T E R T I A

De Denuntiationibus faciendis pro Con- fessariis sollicitantibus.

Unum omnino hic monitum volo, Casus nimirum, qui in hac tertia parte expo-
nuntur, figuratos, & fictos ferè esse, non veros; & solum apponi, ut sint
Confessariis lumen, ac regula ad Sacramentum Pœnitentiæ
studiosè, ac vigilanter tractandum.

C A P U T I.

De Bullis, & Decretis circa onus denuncia-
di Confessarios sollicitantes.

481 O nus denunciandi Confessarios
sollicitantes ad sanctum Tribunal
Pœnit. Exam. Ecclesiast. Tom. II.

Inquisitionis, habetur ex Constit. Pauli IV.
16. Aprilis 1561. Pii IV. 6. Aprilis 1564.
Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V.
16. Septembris 1608. & Gregor. XV. 30.
Augusti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc;
LIII
quia

quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt solum casum sollicitationis mulierum in actu Confessionis, pro Regnis Hispania, Portugallia, & Algarbiorum; Gregor. verò dilatat, comprehendendo casus sollicitationis cuiuslibet personæ, etiam extra occasionem confessionis in Confessionario, & prototo Orbe terrarum, obligando inluper Confessarios, ut penitentes de tali obligationi moneant, his verbis.

Gregorius Papa XV.

483 **U**niversi Domini gregis curam, &c. statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacordotes, tam seculares, quam Ec. Regulares cuiuscumque dignitatis, &c. qui personas, quæcumque ille sint, ad inhonestam, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa sacramentali confessione non secuta, sive extra occasionem confessionis, in Confessionario, aut loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio S. Inquisitionis severissimè, ut infra, puniantur. Ec. mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut presertim, et altantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædicitis. Quòd si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non temerè ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes ut supra, eidem locorum Ordinariis, & Inquisitoribus illos pro modo culpa punire non negligant. **Es. Datum Romæ, Ec. die 30. Augusti 1622.**

484 Bulla igitur Gregor. XV. est retracta, & regula in hac materia, ita ut casus, qui in ea comprehenduntur, sint omnes sollicitationis; secus qui aliter. Ut autem ibi dicitur, & clariùs procedam, singulas particulas expendam, proprios singulos, & totos casus. Interim Confessarios, qui sollicitos in tam gravi negotio satisfacere cupiant, aures erigant, & studiosè animadvertant, horror.

CAPUT II.

De prima Clausula

Omnes, & singuli Sacordotes,

QUÆRES I.

485 An Sacerdos jurisdictione carnis, fingens eam habere, comprehendatur prædicta clausula, & sit denunciandus.

Eum non comprehendi, & non esse denunciandum, tenet Boet. in *Tract. fidei cap. 23. n. 64.* & Leander de *ser. p. tract. 5. disp. 23. qu. 39.* quia alii Pontifices, & ipse Gregor. in sua narrata epistola se loquuntur de Sacerdotibus de quibus confessiones; unde particulae postulantur.

Omnes, &c. referuntur ad prætextum, qui relatum est in referente, Barb. *axiom. tit. 1. ff. de i. v. Gloil. bof. axiom. tit. 1. ff. de p. major.*

486 Resp. tamen, omnino comprehendatur, & esse denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Dian. *par. 4. tit. 1. res. 8.* Castropal. qui prædictas particulas: Omnes, & singuli, comprehendit omnes Sacerdotes tam distributive, quam collectivè, ut nullus, qui sit Sacerdos, escapatur; simplex autem Sacerdos non approbatus, fingens esse approbatum, veriè propriè est Sacerdos; adeoque comprehenditur; nam eo ipso, quòd fingit esse approbatum, habetur finis à lege Gregor. prætelus, ne pro medicina, veniant, &